C 130'. Matheus Heusler ex Iawer *M.* — determinavit sub magistro Ticz
Georgius Sortel ex Thursenreuth — determinavit sub magistro Egrano
Georgius Grafinger de Monaco — determinavit sub magistro Egrano
Georgius Konig Zwickavianus — determinavit sub magistro Schach tunc[1]) decano
Wolffgangus Iudicis ex Egra — determinavit sub magistro Egrano
Iacobus Arendes ex Soltwedel — determinavit sub magistro Georgio a Sode.

Inter quos unicus pauper erat, scilicet Iacobus Arndes de Soltwedel, et[2]) a facultate petivit atque[3]) obtinuit burse dimissionem ista condicione adiecta, si fortuna cum dextra arrideret, pro exercicio et signeto iuxta statuta facultatis arcium satisfacere velit. Quod[4]) et promisit.

Reliqua sub hoc decanatu acta reperies in libro papireo.

* Quoniam[5]) quidem Priscianus autor est et prolixus et difficilis, ob id statuit facultas arcium die Mercurii post Cantate, ut loco illius, temporis et auditorum ratione habita, legeretur Apr. 27.
Diomedes grammaticus vetustior non inferiore scatens commoditate. Idem eciam voluit per hiemem observari.

Post hec ipso die Egidii in publica convocacione tocius consilii facultatis arcium una- Sept. 1.
nimiter nullo refragante conclusum est, quod, quia pauciores magistri et scolastici hodie quam olim in universitate nostra reperiuntur, idcirco magistri conducentes ceterum habitaciones in utraque domo, anteriore scilicet et posteriore, facultatis arcium, non debent esse obligati respondere de censu pro habitacionibus sibi annexis, sed impendere debent operam unacum conventore, ut et ille possint locari, et debet potissimum advigilare prefectus collegii, ut mansiones annexas habentes hiis tradat, qui easdem in rem facultatis conferre possent.

Postremo[5]) quia declamaciones publice adolescentum ingenia exercent et animum ad res gerendas prebent, idcirco facultas arcium admittit illas sub ea condicione, ut non fiant sub horis prohibitis, et ut petatur semper favor a decano facultatis pro lectorio, in quo fieri debent, ac presentetur ei copia declamacionis, ut prius revideatur, an digna sit admissione necne. Debet eciam idem decanus reservare sibi copiam illam, ut posteris inclarescat, quid prior etas lucubrarit. **

Ista Leonhardus, Cygnea proditus urbe,
Prefectus sophie, studio vigilante peregit.
Laus deo.

1524 Wintersemester. 231. Rector Iohannes Reusch von Eschenbach.

N 48'. C 131. Decanatus[7]) Ioannis Reuschii Fontani Eschenbachensis.

Gymnasii rector nostri dum ferret habenas
Reuschius et manibus scriberet acta suis,
Philosophus dignus visus, qui iure decani
Redderet exacto nostra statuta typo.

---

[1]) Zusatz fehlt in N. [2]) Fehlt in N, in C nachgetragen. [3]) In N et, in C korrigirt in atque. [4]) Zusatz fehlt in N. [5]) Dazu am Rande *Diomedes succedit Prisciano.* [6]) Dazu am Rande Declamatores porrigant copiam scripti sui. [7]) Die Columnenüberschrift des Decanats und das Gedicht fehlen in C.